

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 De comparatione eorum adinuicem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. LXVII.

autē est scire, quemadmodū hoc ipsum, & pīs optuletur, & cōtra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo scientiam videtur Apostolus.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut uno modo conne-  
xio virtutum cardinalium probatur per hoc, quod una  
carum perficitur quodammodo per aliam, ut supra  
dictum est. ita Gregorius eodem modo vult probare con-  
nexioneum donorum per hoc, quod unum sine alio  
non potest esse perfectum: unde praemittit dicens. ¶ Valde singula qualibet desinuitur, si non una uitius  
aliu virtuti suffragetur. non ergo datur intelligi, quod  
unum donum possit esse sine alio, sed intellectus  
si esset sine sapientia, non posset esse donum: sicut  
temperantia si esset sine iustitia, non esset virtus.

A R T I C V L V S VI.

*Vtrom dona Spiritus sancti remaneant in patria.*

**A**D SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ dona Spi-  
ritussancti nō maneat in patria. Dicit.n. Greg  
in 2. Moral. \* quod Spiritussanctus contra singula  
tentamenta septem donis erudit mentem; sed in pa-  
trianō erunt aliqua tentamenta, secundū illud Isa.11.  
Nō nocebunt, & nō occident in viuērō mōte san-  
cto meo. ergo dona' Sp̄iitusti non erunt in patria.  
¶ Pr̄at. Dona Spiritussancti sunt habitus quidā, ut  
supra dictum est. \* frustra autem essent habitus, ubi  
actus esse non p̄it: actus autem quorundā donorū  
in patria esse non p̄it. dicit.n. Greg. in 1. Mora. \* q̄ in-  
tellectus facit auditā penetrare, & consilium prohibe-  
bit esse pr̄cipitem, & fortitudo facit non metuere  
aduersa, & pietas replet cordis uiscera operibus mi-  
sericordia: hæc autem nō competit statui patriæ.  
ergo huiusmodi dona non erunt in statu glorie.  
¶ Pr̄at. Donorum quædā perficiunt hominē in ui-  
ta cōtemplatiua, ut sapientia, & intellectus: quædā in  
uita actiua, ut pietas & fortitudo: sed actiua vita cum  
haec vita terminatur, ut Greg. dicit in 6. Moral. \* ergo  
in statu gloriae non erit omnia dona Spiritussancti.

**LIB. 2. E. 2. 20.** SED CONTRA est, qđ Ambr. dicit in lib. de Spiritu  
**parva a prin-** sancto. \* Ciuitas Dei illa Hierusalē cœlestis nō meatu  
**cip. tom. 2.** alicuius fluuii terrestris abluī, sed ex vīta fonte pcc  
dens Spūsanctus, cuius nos breui satiamur hauitū,  
in illis cœlestibus spiritibus redundatius vī afflueſt,  
pleno septem virtutibꝫ spiritualium feruēs meatu.

RESPON. Dicendum, q̄ de donis dupliciter possumus loqui. Vno modo quantum ad essentiam donorum, & sic perfectissime erit in patria, sicut patet p̄ authoritatem Amb. \* inducta. Cuius ratio est, quia dona Spiritus sancti perficiunt mentem humanam ad secundam motionem Spiritus sancti, quod praecipue erit in patria, quando Deus erit omnia in omnibus, vt dicitur 1. ad Corinth. 15. & q̄m homo erit totaliter subditus Deo. Alio modo p̄t considerari quantum ad materiam circa quam operantur, & sic in presenti habent operationem circa aliquam materiam, circa quam non habebunt operationem in statu gloriarum; & secundum hoc non manebunt in patria, sicut supra de virtutibus cardinalibus dictum est. \*

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod Greg. loquitur ibi de donis, secundum quod competit statui praesenti, sic enim donis protegimur contra tentationem malorum; sed in statu gloriae celsantibus malis per dona Spiritus sancti perficiemur in bono.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ Greg. in singulis do-  
nis ponit aliquid quod transit cum statu præfenti, &

## ARTIC. VI.

F aliquid quod permanet in futuro. Dicit n. q sapientia  
mentē de ēternorū spē, & certitudine reficit, quorū  
duorū spes transit, sed certitudo remanet: & de in-  
leclū dicit, q̄ in eo q̄ audita penetrat, reficiēdo con-  
tenebras eius illustrat, quarū auditus transit, q̄ non  
docebit vir frātrū suū, vt dī Hier. 3.1. sed illustratio  
mētis manebit. De cōsilio autē dicit, \*qd̄ phibet esse  
præcipitem, qd̄ est necessarium in præsentī, & iterū.  
q̄ ratione animum replet, qd̄ est necessarium etiam  
in futuro. De fortitudine vero dicit, q̄ adulera non  
meruit, qd̄ est necessarium in præsentī: & iterū, q̄ cō-  
fidētia cibos apponit, quod permanet ēt in futuro. De sc̄ientia  
verō unum tantum ponit. s. q̄ ignorans ēt  
iunium superat, qd̄ pertinet ad statum præsentem.  
G sed qd̄ addit. t; In vētre mentis; potest figuraliter intel-  
ligi repletio cognitionis, quæ pertinet ēt ad statū fu-  
turū. De pietate vero dicit, q̄ cordis viscera mihi-  
ricordiæ operibus replet, qd̄ quidē fūl verba per-  
nit trū ad statum præsentē: sed ipse intimus affectus  
proximorum per viscera designatus, pertinet etiam  
ad futurū statum, in quo pietas nō exhibebit mili-  
cordiæ opera, sed cōgratulationis affectum. De  
more vero dicit, quid̄ premit mentem, ne de pietati  
superbiat, quod pertinet ad statum præsentem  
& quid̄ de futuris cibos spēi confortat, quod etiam  
pertinet ad statum præsentem, quātum ad spēm: sed  
potest etiā ad statum futurum pertinere, quantū  
confortationē de rebus hic speratis, & ibi obtentis

AD TERTIV dicendum, q̄ illa procedit de domini quantum ad materiam. Opera enim ad hanc vitam non erunt materia donorum, sed omnia habebunt actus suos circa ea, quæ pertinent ad vitam contemplatiuam, quæ est vita beata.

**ARTICVLVS VII.**

*Vtrum dignitas donorum attendatur secundum emeritatem Isaiæ 11.*

**A**D SEPTIMVM sic proceditur. Vt dignitas donorum non atteditur secundum enumerationem, quae enumerantur Isa. 11. Illud n. uidetur esse potissimum in donis, quod maxime Deus ab homine requirit: sed maxime requirit Deus ab homine timorem, dicit enim Deuter. 10. Et nunc Israël quid dominus tuus perit a te, nisi ut timeas dominum Deum tuum? Et Malach. 1. dicitur. Si ego dominus, vbi timor meus? ergo videtur quod timor, qui enumeratur, timo, non sit infimum donorum, sed maximum.

**¶ 2 Præt.** Pietas videtur esse quoddam bonum vincere facile, dicit enim A. postolus 1. ad Timoth. 5. Quod pietas ad omnia utilis est: sed bonum vincere facile præcatur particularibus bonis. ergo pietas, quæ penitentia enumeratur, videtur esse potissimum donorum.

**¶ 3 Præt.** Scientia perficit iudicium hominis, consilium autem ad inquisitionem pertinet: sed iudicium præminent inquisitioni. ergo scientia est potius donum, quam consilium, cum tamen post enumerationem.

**¶ 4 Præt.** Fortitudo pertinet ad vim appetitivam, scientia autem ad rationem: sed ratio est eminentior quam vis appetitiva. ergo & scientia est eminentior donum, quam fortitudo, quæ tamen primo eratur. non ergo dignitas donorum attenditur secundum ordinem enumerationis eorum.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit in lib. de ser. Di  
in monte. Videtur mihi septiformis operatio Sp  
fancti, de qua Isaías loquit̄, his gradibus sententiis  
congruens.

## QVAEST. LXVIII.

congruere, de quibus fit mentio Matth. 5. sed interest ordinis; nam ibi, s. in Iaia, numeratio ab excelsioribus caput, hic uero ab inferioribus.

**RESPON.** Dicendum, qd dignitas donorum dupliciter potest attendi. Vno modo simpliciter, i. per comparationem ad proprios actus, prout procedunt a suis principiis; alio modo secundum quid, i. per comparationem ad materiam. Simpliciter autem loquendo de dignitate donorum, eadem est ratio comparationis in ipsis, & in uirtutibus; quia dona ad oes actus potentiarum anime perficiunt hominem, ad quos perficiunt uirtutes, ut supra dictum est. Vnde sicut uirtutes intellectuales praeferuntur uirtutibus moralibus, & in ipsis uirtutibus intellectualibus contemplativae praeferuntur actibus, ut sapientia intellectui, & scia prudetia & arti, ita tam qd sapientia praeferitur intellectui, & intellectus scientiae, sicut prudentia, & synesis cubilia; ita et in donis sapientiae & intellectus, scientia & consilium praeferuntur pietati, & fortitudini, & timore; in quibus etiam pietas praeferitur fortitudini, & fortitudo timori, sicut iustitia fortitudini: & fortitudo temperantie; sed quantum ad materiam fortitudo & consilium praeferuntur scientiae & pietati: quia, s. fortitudo & consilium habent in arduis locum, pietas autem & etiam scientia in communibus. Sic igitur donorum dignitas ordini enumerationis respondeat, partim quidem simpliciter, secundum qd sapientia & intellectus omnibus praeferuntur; partim autem secundum ordinem materie, secundum quod consilium & fortitudo praeferuntur scientiae & pietati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod timor maxime requiritur quasi primordium quoddam perfectio- nis donorum: quia initium sapientie timor Domini, non propter hoc, qd sit ceteris dignius. prius enim est secundum ordinem generationis, ut aliquis recedat a malo, quod fit per timorem, ut dicitur Proverb. 16. quam quod operetur bonum, quod fit per alia dona.

AD SECUNDVM dicendum, quod pietas non comparatur in ipsis Apostoli omnibus donis Dei, sed solum corporali exercitationi, de qua praemittit, quod ad modicum utilis est.

AD TERTIVM dicendum, quod scientia esti preferatur consilio ratione iudicii: tamen consilium preferatur ratione materiae; nam consilium non habet locum nisi in arduis, ut dicitur in 3. Eth. \* sed iudicium scientiae in omnibus locum habet.

AD QUARTVM dicendum, qd dona directiva, quae pertinent ad rationem, donis exequentibus digniora sunt, si considerentur per comparationem ad actus, put egrediuntur a potentia. Ratio enim appetitiva pre- eminet, ut regulans regulato; sed ratione materiae adiungitur consilium fortitudini, sicut directivum exequenti, & similiter scientia pietati, quia, s. consilium & fortitudo in arduis locum habent: scientia autem & pietas etiam in communibus. & ideo consilium simul cum fortitudine ratione materiae numeratur ante scientiam & pietatem.

## ARTICVLVS VII.

Vtrum uirtutes sint preferenda donis.

**A**D OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod uirtutes sint preferendae donis. Dicit enim Aug. in 15. de Trinit. \* de charitate loquens. Nullum est isto Dei dono excellitus, solum est quod diuidit inter filios regni eterni, & fi-

## ARTIC. VIII.

145

Alios perditionis eternae, dantur & alia per Spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil proficit: sed caritas est uirtus. ergo uirtus est potior donis Spiritus sancti.

**T**2 Præt. Ea que sunt priora naturaliter, uidentur esse potiores: sed uirtutes sunt priores donis Spiritus sancti. dicit enim Gre. in 2. Moral. \* quod donum Spiritus sancti in subiecta mente ante alia iustitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam format: & sic eam dem mitem septem mox uirtutibus, id est, donis temperantie, contra stultitiam, sapientiam; contra hebetudinem, intellectum; contra precipitationem, consilium; contra timorem, fortitudinem; contra ignorantiam, scientiam; contra duritiam, pietatem; contra superbiam, Dei timorem. ergo uirtutes sunt potiores donis.

**T**3 Præt. Virtutibus nullus male uti potest, ut Aug. dicit. \* donis autem potest aliquis male uti. dicit. n. Greg. in 1. Moral. † quod hostiam nostram precium immolamus ne sapientia eleuet: ne intellectus dum subtiliter currit, obserret: ne consilium dum te multiplicat, confundat; ne fortitudo dum fiduciam prebeat, præcipitet; ne scientia dum nouit, & non diligit, infleret: ne pietas dum se infra rectitudinem inclinat, intorqueat: ne timor dum plus iusto trepidat, in desperationis foueam mergat. ergo uirtutes sunt digniores donis Spiritus sancti.

SED CONTRA est, quod dona dantur in adiutorium uirtutum contra defectus, ut patet in autoritate in dubia: & sic uidetur quod perficiant quod uirtutes perficiere non possunt. sunt ergo dona potiora uirtutibus.

**RESPON.** Dicendum, qd sicut ex supradictis patet. \* Virutes in tria genera distinguitur. sunt enim quædam uirtutes theologicae, quædam intellectualues, quædam morales. Virtutes quidem theologicae sunt, quibus mens humana Deo coniungitur. Virtutes autem intellectualues sunt, quibus ratione perficitur. Virtutes autem morales sunt, quibus uires appetitiva perficiuntur ad obedientiam rationi. Dona autem Spiritus sancti sunt, quibus omnes uires animæ disponuntur ad hoc, quod subdantur motioni diuinae. Sic ergo eadem uidetur esse comparatio donorum ad uirtutes theologicas, per quas homo unitur Spiritui sancti mouenti, sicut uirtutum moralium ad uirtutes intellectualues, per quas perficitur ratio, quæ est uirtutum moralium motiva. Vnde sicut uirtutes intellectualues preferuntur uirtutibus moralibus, & regulat eas, ita uirtutes theologicae præferuntur donis Spiritus sancti, & regulant ea. Vnde Gre. dicit in 1. Moral. \* quod neque ad denarii perfectionem septem filii, i. septem dona perueniunt, nisi in fide, spe, & charitate fiat omne quod agunt. Sed si comparcamus dona ad alias uirtutes intellectualues vel morales, dona præferuntur uirtutibus, quia dona perficiunt uires animæ in comparatione ad Spiritum sanctum mouentem: uirtutes autem perficiunt uel ipsam rationem, uel alias uires in ordine ad rationem. Manifestum est autem, qd ad altiorem motorem oportet maiori perfectione mobile esse dispositum. Vnde perfectiora sunt dona uirtutibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod charitas est uirtus theologica, de qua concedimus quod sit potior donis.

Prima Secunda S. Thomas.

T AD